Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26055
Copyright: Admont, Benediktinerstift

tate. uirtutes ad ostentationem. Si ea uera etiam fortassis aliqui non
in humilitate querunt. sed tanquam in sua fiducia meritum. Hec hoc
dico quia accepta gratia fiduciam donet orandi. sed non oportet ut in ea
constituat quis fiduciam impetrandi. Hoc solum conferunt hec prima dona.
ut ab ea mia quae tribuit hec. sperent etiam ampliora. Sit ergo oratio quae
pro temporalibus est circa solas necessitates restricta. sit oratio quae pur-
gatis animae et ab omni impuritate. et circa solum beneplacitum dei
intenta. sit ea quae fit pura etiam in omni humilitate. presumens de
sola ut dignum est miseratione diuina.

Sicut eger ad medicum. sic debet esse peccator ad creatorem suum.
Qui ergo peccator esse debet orare dm. tanquam eger medicum. Duobus
autem modis impeditur oratio peccatoris. ut nulla. ut nimia luce.
Nulla luce illustrat. qui peccata sua nec uidet nec confitetur. Econtrario
nimia luce obruit. quia ea tanta uidet. ut de indulgentia desperet.
Horum neut orat. Ad ergo. Temperanda est lux ut peccata sua uideat pec
cator et confitetur. ac pro ipsis oret ut remittantur. Prima ergo et oratio.
debet fieri uerecundo affectu. Hec autem fit cum nec du peccator
audet per se ipsum accedere ad dm. sed querit aliquem sanum uirum. aliquem
sanum pauperem spu. qui sit in hora uestimentum dm tangere fimbria. per quam
habeat accessum. Hui orationis tenuit typum illa euangelica mulier
que fluxum sanguinis patiebatur. cupiensque sanari accessit. et uestem
se contigit dicens. Si tetigero fimbriam uestimenti eius. salua ero. Secunda
oratio fit puro affectu. quando seiuncti peccator iam per se ipsum ac
cedit. et ore proprio confitetur. Talis orationis reliquit nobis exemplum
illa peccatrix quae lacrimis rigauit pedes dmi. et capillis capitis sui
tersit. de qua dictum est a dno. Remittuntur ei peccata multa quoniam
dilexit multum. Tertia oratio effunditur amplo affectu. et hoc fit quan
do is qui pro se orauerat. orat iam pro aliis. Sic orauerunt apli pro mu
liere chananea. pro filia sua rogante. Dimitte inquiunt illam. quia
clamat post nos. Quarta oratio emittitur deuoto affectu. quae de
cordis puritate. sine ulla hesitatione cum gratiarum actione depromitur.
Tale orationem fecit ipse dns. quando triduanum de monumento laza
rum resuscitauit et ait. Pater gratias ago tibi quoniam audisti me. Tales